Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ceperat. Si forte aut aliquis. Hondum exierat. surrexerat
autē exiturus. Hoc potest dicere. qui putat foris ante
ianuam sēdō interrogatum negasse. Videamus ergo iohannis
sequentia. Pontifex ergo inquit interrogauit ihm de discī
pulis suis. & de doctrina ei. Respondit ei ihc. Ego palam locus
sum mundo. ego semp docui in synagoga. & in templo quo
omnes iudei conueniunt. & in occulto locutus sum nichil
Quid me interrogas. Interroga eos qui audierunt. quid locutus
sum ipsis. Ecce hi scuunt que dixerim ego. Hec autē cū dixisset
unus assistens ministrorum dedit alapam ihu dicens. Sic respon
des pontifici. Respondit ei ihc. Si male locutus sum. testimo
nium phibe de malo. si autē bene. quid me cedis. Et misit
eum annas ligatum ad caÿphan pontificem. Hic sane osten
ditur quod annas pontifex erat. Hondum enim missus erat
ad caÿphan cum iam illi diceretur. sic respondes pontifici.
Et hos duos annam & caÿphan pontifices commemorat
etiam lucas in initio euangelii sui. His dictis iohannes redit
ad quod cepat de negatione petri. idē in eadem domo ubi
gesta sunt que narrauit. & cum ad caÿphan missus eet ihc
ad quem ab initio ducebatur sicut dixit matheus. cōme
morauit autem iohannes ista. que interposuit. recapi
tulans de petro. & ad eam narrationem redens ita dicit.
ut compleat tnam negationem. Erat autem symon petrus
stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid & tu
ex discipulis eius es. Negauit ille & dixit. Non sum. Hoc
igitur loco inuenimus non ante ianuam si ad focū stantē
sēdō negasse petrum. quod fieri non posset nisi iam redisset.
postea quam foras exierat. & non foris eum uidit altera
ancilla. si cum exiret eum uidit. idē cum surgeret ut

Nō. tu.